

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glaukensis

NOVIS NUPTIIS
Amplissimi & Prudentissimi Viri
DN.
SAMUELIS GERSTMANNI
CONSULIS REIPUB. FRANCO-
FURTANÆ DIGNISSIMI,
secundum SPONSI;

CUM
Honestissimâ & Pudicissimâ
Virgine
DOROTHEA-SIBYLLA
Excellentissimi & Clarissimi Viri

DN.
M. CHRISTOPHORI NEANDRI
Academiæ Francofurtanæ Profefs. P.
& Ordinis Philosophici Senioris
meritissimi

Filiâ unicâ carissimâ
Nonis Novembribus

Anno Christi

MDCCXXXII.

celebratis,

Gratulantur AMICI.

Typis MICHAELIS KOCHL.



Hin

Falle

An

O f

Et c

Nun

Qvi

[Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including words like 'DOKTOR' and 'ANNO']





Liscit amicitiae veteris scintilla, Tibi
quæ

Cum GERSTMANO olim, Clare
NEANDER, erat,

Gliscit, & in flammam surgit. Nam
corripit ignis

GERSTMANIUS stupæ pabula cara Tuæ.

Hinc arsere novis incendia tanta caminis,

Corda quibus cor in unum coiere duo.

Fallor, an id tua præsensit cortina SIBYLLA?

Anne tuum id, SAMUEL, dixerat augurium?

An de vate potest vates eadem ipsa tueri?

Vaticinum vobis nomen utrisq; datum est.

O felix omen! felix utriusq; SENATUS

Copula, consensus arrhaq; certa novi!

Et satis irarum, & vindictæ expleta cupido est,

Quodq; Stygis frater Livor avebat, habet:

Nunc felix omen placeat CANDORIS, AMORIS,

UNIUS atq; inter CORPORA BINA, ANIMÆ!

Quilibet adplaudat: GERSTMANO UNITA NEANDRA

EST TYPUS UNITÆ CUM VIADRI URBE,

SCHOLÆ.

Tobias Magirus Professor Phy-
sicus, & p. t. R E C T O R.

A 2

Sepe

Sæpe solent tædæ scissos sociare Dynastas;
 Longasq; irarum mox abolere moras.
 Multa Academæos quoq; turbamenta sciderunt,
 Urbanosq; Patres, tempore præterito.
 Nunc (utinam vates sim verus!) rancor abibit:
 Disjunctos novus hic consociabit AMOR.
 CLARE NEANDER inest tibi dives copia fandi:
 Tu Professorum fulgida stella nites.
 Consilio quoq; TU CONSUL GERSTMANNES sagaci:
 In pacem facies cuncta redire bonam.
 Vos alij celebrent, Opifex quæis pectora finxit:
 Propitijs manibus de meliore luto.
 Ast ego conjunctis palmis JHOVAM usq; fatigo:
 Ut Sponsam & Sponsam sospitet atq; beet.
 Dignetur DEUS Omnipotens, dum proximus ardet:
 Ucalegon, vestram perpetuare domum.
 Ne & amzumimus, ne trux vos turbet Emimus:
 Ut redeat templis pax, solio, atq; toro.

Gregorius Francus S. Th. D.
 & p. t. Theol. Fac. Decanus.

Ad!

Dn. CHRISTOPHORUM NEANDRUM
 Prof. P. Amicum veterem, & c.

Qui mihi gratari gaudenti, iterumq; solebas
 Lugentem toties solari carmine docto,
O venerande Senex: viduum tua gaudia rursus

Me

Me gaudere jubes, natae thalamosq; Poësi
Exornare mea: æquum poscis, tempore iniquo
Quô mala nos terrent privata & publica passim,
Contemtæq; jacent Musæ, mulæq; putantur.
Interea votis veterem pensamus amorem:
Et natae, generoq; novo Concordiam, amorem
Constantem precor, & foecundi pignora lecti:
Quod si ullum unquam iterum blando nos lumine
Pacis:

Adspiciet Numen, quæ debeo plurima amico,
Collegæq;, memor multo cum foenore solvam.
Nil desperandum CHRISTO, duce & auspice
CHRISTO.

Samuel Scarlach D.

Clarissimo & Excellentissimo Viro

DN.

M. CHRISTOPHORO NEANDRO

Philos. moralis Professore dignissimo, Facul-
tatisq; Seniori &c. Collegæ & Fautori
honoratissimo,

Filiam lectissimam

DOROTHEAM—SIBYLLAM

feliciter elocanti.

Dixero felicem, quem proles plurima circum:
Sed mage felicem, quem proles & pia circum,
Et morata, decensq;: sed illum dixero plus
quam

A 3

Feli.

Felicem, qui conjugio benè destinat' illam.

*Hac in DOROTHEA concurrere cuncta SIBYLLA
Qui negat, Aonii lux pralustrissima caeli,
Ordinis & Sophici lux pralustrissima nostri,
Clare ad utrumq; polum, Collegaq; chare, NE-
ANDER,*

*Is vel pro cerebro paleas, pro corde lapillum
Gestat, & à sana deflectit tramite mentis.*

*Non etenim una Tibi nata est. Tum moribus illis
Conspicua est, qui Lucretiam, veteresq; Sabinas
Perficerent. Si conjugii decora alta revolvo,
Multa quidem possem; tantum unum dicere malo:
GERSTMANNO nubit. GERSTMANNO scili-
cet, urbis*

*Qui caput, atq; manus, quiq; os, quiq; omnia, quiq;
(Majores liceat si percensere) patremq;
Diceret, augusti decus immortale Lycei;
Diceret & summo diademate Praesulis auctum
Martinum Elysi, quem Wratislavia nostra
Nunc quoq; suspicit, & similes pro Praesulis optat
Aestimio, & fidos in tanto turbine clavos.
Hec cum ita sint, quis te infelicem dixerit unquam,
Felix atq; iterum felix, Praclare NEANDER.*

M. Benjamin Urfinus.

Amplif-

Amplissimo Viro
Dn. SAMUELI GERSTMANNŌ
Consuli, Sponso

NON sic siderio Cytherea refulget ab axe,
Etsi Sole procul pleno nitet aurea vultu,
Et fortes radios per cœrula tenuia mittit:
Quam Tua DOROTHEE, GERSTMANNE, SIBYL-
LA NEANDRI

Nunc micat, & radiis oculorum cuncta penetrat,
Inq̄ ore, inq̄ aure, inq̄ oculo nunc hesitat omni.
Scilicet id virtus & avita paternaq̄, virtus
Et propria, atq̄ animi & vultus Concordia perpes,
Atq̄ serenata laudata modestia frontis
Exigit, & publicum exambit sibi certa favorem.
Maacte igitur Sponsâ tali, GERSTMANNE, Te ipsumq̄
Indue, amicorum ut fausta adsint omina votis.
Ipse novo thalamo violas & sesamaleta
Adjicio, & vitæ ut producat stamina vitæ
Largitor precor, utq̄ thoro det pignora multa;
Inprimis ut ubi tertius iuerit imber,
GERSTMANNI frangant (dabis ô DEUS!) hor-
rea messes.

M. Benjamin Urfinus.

Quæritur,

Quæritur, an viduus queat oblectare puellam,
Cumq; illâ in placido vivere conjugio?
Sunt etenim multi juvenes, multaq; puellæ,
Aetate optantes semper amare parem,
Nec juvenis viduam, viduum nec virgo maritum
Connubio cupiunt associare sibi. (ptis,
Verùm hæc de vetulis, thalamo quoq; prorsus ine-
Et de decrepitis accipienda viris,
Quêis non robur inest, generandi & nulla facultas
Prolem, nec qui spem posteritatis habent.
Corporis ast cui, mentis & est vigor, atq; juvare
Qui potis est alios, consilioq; valet:
Hic, licet in mediâ sit sive ætate senili,
Conjugio est dignus Nymphæ & amore suæ.
Talis cum Sponsus sit, nemo negabit, eundem
Cum Sponsa in suavi vivere posse toro.
Quamvis disparibus sint annis: attamen ipsos
Menseadem jungit, verus amorq; ligat.
Gratulor ergo tibi, Vir prudentissime, nuptæ
Gratulor atq; tuæ, fausta q; cuncta precor.
Det Deus, unanimes multos vivatis ut annos,
Et sobolis pulchræ fiat uterq; parens.

M. Georgius Neander
Prof. P. Sponsæ agnatus
AUTEXEDIAE.

In

In,
FESTIVITATEM NUPTIALEM

*Amplissimi & Prudentissimi
VIRI*

DN. SAMUELIS GERSTMANNI
Inclytæ Francofurtensis Reip. Consulis
dignissimi, Avunculi mei plurimum
honorandi.

UXor erat jungenda tibi quam jungere mallet
Hanc præter, quæ nunc jungitur una tibi?
Hæc vultu Venerem, hæc Atalantam stem-
mate vincit,

Junonem dote hæc, Palladem & ingenio.
Hæc cùm concurrant quatuor sic munera in una,
Hanc præter, quamnam jungere in orbe velis?
Et quis Sponse igitur, qui te non jure beatum
Prædicet? Est magnum nubere posse pari. (lo.
Quod superest, thalamo precor omnia fausta novel-
Sponsa Sibyllinos vivat amica dies.
Sit sine litæ thorus, Juno sit pronuba, crescat
Ut Gerstmannorum prole frequente genus.

Matthias Polenius.

EXosa pridem tædia sejugis
Ingrata vitæ te Paphie toro
Uxoris exsortem venustæ
Secubuisse dolens vacivo,

B

GERST-

GERSTMANNE, summum quem trabæ decus
Virtute partum de grege civium.

Exemit exemptumq; rebus

Præposuit populi regendis.

Nondum ergò, dixit, cui vigor integri

Defluxit ævi, regna migret mea,

Et flore dilabente nondum,

In viduas velit ire noctes &

Nec passa porrò suggerit intimos

In pectus ignes, imperat alicui

Nato sagitta virginellam

Figere DOROTHEEN-SIBTLLAM,

Claris propages illa parentibus

Prognata eorum transit in orbitam

Quà sequioris norma sexus

Non negat, effigians utrumq;

In qua puella juro meam Cyprum

Certat venustati creperâ aleâ

Virtus, ea oris svavitudo

Inq; genis genius renidet,

Ut conjugem cursu Magaræius

Sibiq; curru vellet eburneus

Heros pacisci, pennipesq;

Angvicomæ domitor Medusæ.

Confecta res est, pectora mutuis

Arsere flammis impatiens moræ

Hymen faces allucet omni

Ambitiosior apparatu

In vota totus seria provolo

Precorq; nonis fausta Novembribus

Felicitet summus jugalis

Vincula nexa tori Architectus.

Cedant

Cedant honori Sponse tibi & pio
Quem cana virtus & decus ingeni
Famæ perenni consecravit
Eximium meritis, NEANDRO,
Quo me Patrono jactito quo Patre;
In cujus ævum si qua mihi super
Migrare vitæ fata vellem
Tuq; voles mea Parca juxtim,
Fortuna velis prospera candidis
Adspiret, absit dividia metus,
Connubij discordiosas
Nesciat arcta fides querellas.
Amore mentes urite mutuo
Æquumq; semper Juno habeat Jovem
Nec ulla vos dejungat Ate
Chaonijs geminos columbis.
Sic orbe Phœbi cum novies soror
Formosa pleno, Sponse, coiverit
Ex hoc agello carpe fructum
Disq; litare memento Nixis
Ego ista nullo paucula sirmate
Votiva mustis adfero nuptijs
Nec purpurisso pumicata,
Simplice sed mihi nata cultu
Tubâ Talassum Pieriâ canant,
Queis multa compti gratia carminis,
Queis obstetricata est benignè
Turba Noyensilium dearum,
Leves camœnæ nos sterilis sonos
Tutamur agrè & loripedes modos
Vulgariâ carmen ferimus
Hoc triviale modo moneta.

Sed & dicaret cum sibi corculam
Rex Phthius olim conjugio Thetin
Senex biformis cum canorem
Sæpè refringeret hinniendo,
Risum merebat nullius improbum:
Quin imò punctum non retulit leve:
Nec me placeantem corde multum
Carminè displicuisse tædet.

*Honoris & observantia debita
ergo faciebat*

Joannes Möllerus C.S.

1.
Samuel Gerstmann /

Nahmen wechsel:

Halt gern am süßen.

2.
Dorothea Sibilla Neanders /

Nahmen wechsel:

Da ist 'n Lieb - Rose; o er halt an.

Wohnhaus vieler Lust / O Kummer Wenderin /
O werthe Stadt / die jetzt so manchen grossen Sinn
In ihren Armen hält / beschützet vnd ernehret;
Die hochgeduldig trägt / was ihr nur wieder fehret;
Nunmehr auch meine Zier / Franckfurt / erzeig dich heut
In voll begrüneter Lust / vnd höchster Fröligkeit.
Denck nicht an solche Noth / so dich vorhin betreten /
Vergiß heut alles was die Krieger damals thaten /
Wie sich dein zartes Haupt ganz senckte nach der Brust /
Dahin der Thränen Bach so milde fließen must.

Dein

Dein Seulen/wie man sieht/sind heut in vollen Freuden/
Sie wissen nicht von Angst/sie wissen nicht von Leiden/
Weil vnser Bräutigam mit der/die ihm allein
Für allen wolgefällt/recht frölich heut will seyn.
Weil ihn die süsse Lieb/so alle Ding zieret/
So alle Ding erfrewet/auffs neue hat berühret
Mit bitterer Süßigkeit: Weil auch die Jungfraw Braut
Die menschliche Göttin/so numehr ist vertraut
Der Zierde dieser Stadt/in ihren keuschen Sinnen
Empfunden solche Pein/der sie gar nicht hat können
Noch wollen widerstehn. Schawt die Verliebten an/
Seht was die keusche Lieb für Freude machen kan.
Erfrewet euch mit ihm/ergest euch allermassen/
Vnd gehet richtig durch die rechte Freuden Strassen
In voller Fröligkeit. Herr Bräutigam sehet doch
Wie euch der liebe Gott helt am verliebten Joch?
Er trennet durch den Todt/das/was er selbst geparet/
Gibt das zum Raube hin/was er selbst hat verwahret;
Alsbald ersetzt er hinwiederumb den Riß/
Macht das zertheilte ganz; schafft Licht auß Finsterniß.
GOTT ist wie ein Magnet/so eine Seit abdringet
Das ganz verhärtet Stahl; die ander wiederbringet
Vnd kräftig nach sich zeucht. Der Turtel Tauben Schar
Im fall sie seind entpart/war ehlich ganz vnd gar
Dem Herren Bräutigam. So trawrig must' er leben/
Nach dem er sich vorhin der Einsamkeit ergeben
Durch's Todes Bitterkeit/der vngebeten kam
Vnd so sein Andernheil von seiner Seiten nam.
Wie bitter hat euch doch die Trawrigkeit seyn müssen/
Weil ihr / Herr Gersmann / gar gerne mahlt am
süssen/

Wie zwer Nahme sagt. Doch GOTT zu rechter Zeit
B iij Rieff

Rieff euch durch Mittel zu: Laß fahren Trawrlakete.
Er zeigt' euch ein Bild das durch ihr süßes Sprechen
Das Leben wieder giebt/ wenn Herz vnd Augen brechen.
Zwer Herze rieff' euch zu: Der halt kühnlich an!
Bragt ihr dann wer sie sey? vnd was sie geben kan?
Ihr Name legt es auß / mit nütten ich lieblose/
Nun sehet ihr Gestalt: Sie ist ein Liebes Rose/
Die neue Köpfelein bringet. Gleich wie man sonst sieht
Mit angenehmer Lust in bester Frühlings Blüht
Der gülden Rosen Schein für andern Blumen glänzen:
So blüht die Jungfraw Braut auch fest in ihrem Lenzen.
Der Rosn Geruch vnd Farb gibt oberfüße Lust:
Sie auch/ wie euch zum theil / Herr Bräutigam / ist bewust.
Nicht bringen solche Freud der gülden Purpur Blumen;
Nicht wächst der Balsam so im Lande der Idumen;
Der Weprauch rinnet nicht durch den Sabeer Wald
So anmutig vnd schön / wie zwer Auffenthalt/
Die edle Liebes- Ros. Nun send im Hexeror frölich/
Geparet schick' sich wol; Wie seelig lebt man Ehelich?
Vnd damit ewre Lust mög mehr vollkommen seyn
Ihr werthen Hochzeit Gäst / hört's Bräutigams Liedelein.

1.
Eh Lieb' ohn Leide/
Ich leb' in Freude
An diesem Fest:
Wir leben Ehlich/
Drumb send nun frölich
Ihr Hochzeit Gäst.
O Liebes- Ros! O Venus Stern!
Wia wir lieben vns ganz gern.

Laß

2.
Last Tisch bereiten/
Vnd rühret die Seiten/
Singe frisch darein;
Nembt was euch schmecket/
Freu zu euch recket
Den besten Wein.
O Liebes Ros! O Venus Stern!
Eya/wir lieben vns ganz gern.

3.
Die ihr Leid habet
Ich bitt' vergrabet
Deß Trawrens Krafft/
Vergrabt/versencket
Was euch sonst kräncket/
In diesen Saffe.
O Liebes Ros! O Venus Stern!
Eya/wir lieben vns ganz gern.

4.
Thut weg die Fische/
Räumbt auff die Tische/
Dem jungen Bluc
Verlangt nach Tanken/
Last vns der Schanken
Jest haben huc.
O Liebes Ros! O Venus Stern!
Eya/wir lieben vns ganz gern.

5.
Ihr Edlen Herren/
Wie nah; so ferren/
Gebt Hand vnd Herk;
Nembt Herk vnd Hände/

Schawt

Schawt nicht die Wände/
Seht ewre Kerz/
O Liebes Ros! O Venus Stern!
Aya/wir lieben vns ganz gern.

6.

Liebt diese Dingen/
Laßt frölich klingen
Das Seitenspiel.
Brewt auch von Herken/
Vertreibt den Schmerken;
Hier ist mein Ziel.
O Liebes Ros! O Venus Stern!
Aya/wir lieben vns ganz gern.

7.

Die Gäst' verlauffen/
Leer sind die Hauffen/
Merckt immer zu.
Genug mit Scherken/
Verlescht die Kerken/
Ich muß zur Ruh.
O Liebes - Ros! O Venus Stern!
Aya/ Ich mahl' am süßen gern.

Corydon Corydon
quae te amena caprar.

MICHAEL ALBINUS
Danziscanus.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Quos te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;


JANE mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674






Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



VIS NUPTIIS
et Prudentissimi Viri
 DN.
GERSTMANNI
 REIPUB. FRANCO-
 NÆ DIGNISSIMI,
 ndum SPONSI;
 CUM
issimâ et Pudicissimâ
Virgine
HEA-SIBYLLA
 tissimi & Clarissimi Viri
 DN.
OPHORI NEANDRI
 rancofurtanæ Profess. P.
 s Philosophici Senioris
 meritissimi
 liâ unicâ carissimâ
 is Novembribus
Anno Cbristi
 O IO CXXXII.
 celebratis,
 ulantur AMICI.
 MICHAELIS KOCHL.